



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

77 Titulum de Simonia non esse correctum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

scriptum reliquerunt. Igitur apud Francos, inquit Costalius, non ex canonica institutione sed ex pacto, stipulatione, & coemptione Sacerdotia seu beneficia ecclesiastica parantur. Quo nihil magis impiū fieri posset in eo quidem genere. Quod autem Costalius impingit ibidem Panormitano quasi scriberet ad Rubricam de Simonia, hodie titulum de simonia correctum esse, nec in curia Romana locum habere, volumina Panormitani quibus nos videtur id falsum esse conuincunt & ipso intuitu declarant, cum tale nihil scribat Panormitanus: Romana verò Curia simoniacos acerrimè semper infectata fuit atque coërcuit & infectatur atque coërcet etiānum, testibus exemplis propè quotidianis. At hoc solum dicit ad cap. de simonia. nu. 5. Panormitanus, doctores quosdam dicere titulum de Simonia non habere locum in curia Romana, quemadmodum nec in curia Principis locum habet lex Iulia de ambitu. l. vnic. n. ad l. Iul. de ambit. eo quod non à populo, sicut olim, sed ab ipso principe magistratus crearentur quo loco Bartolus operatur l. Iuliam ambitus, vel iura de simonia potius, obseruari quoad eos qui Pontificem semper circumsepiunt & ambitiosis ab illo nullius mali conscio multa frequenter impetrant, non sine liberali subinde manuum suarum vnctio- ne. cōqueriturque ibidem Bartolus simoniam non puniri sicut oportet; ideoque nullas no- uas de simonia cōstitutiones amplius fieri. Sed post Bartoli tempora tum in Extrauagantibus tum in

77
Titulum de
Simonia non
esse correctū.

78
Curia Rom.
Simoniacos
egregiè coër-
cet.

79
L. Iulia de
ambitu quo
sensu cesset
Romæ.

80
Bartolus
de simonia
l. Iuliam
ambitus